Ideo aut ūiḡt sextā t nonā: quia in sexta t nonā
generatōem vocavit iudeouī: t frequētauit cū hōi
bus disponere testamēta: quasi diffinito salutis q̄
tpe iam appropiāt̄ GRE. Undecima vō hora
est ab aduentū dñi v̄sq ad finē mūdi. Opatoz ḡmāe
hora sexta t nonā antiqu⁹ ille t hebraic⁹ ppl̄s
designat qui in electis suis ab ipo mūdi ero: dīo v̄
recta fide dei studuit colere quasi nō destitit in vi
nee culturo laborare: ad undecimā vō gētiles vocā
tur. vnde sequit̄: Circa undecimā vō erit t inuenit
alios stātes: t dīrit ill: Quid hic statis tota die oco
si? Qui enī trāfacto tam lōgo mūdi tpe p vita sua la
borare neglexerāt: quasi tota die ocoſi stabat. h̄ pē
sate quid inquisite nīdeat. Sequit̄ enī: Dicūt ei: q̄a

nemo nos cōdurit. Nullus quippe ad eos patrā
cha: nullus ppheta ad eos venerat: t quid est dīcere
Nemo nos cōdurit: nisi vite nobis nemo vīa pīda
uit. CHRY. sup mattheuī: Que est enī cōduco
nostra t cōductōis merces: pīmissio vite eternē. ē
tes enī sole: neq; deū sciebat neq; dei pīmissio HLA.
L. A. Di igēmittū ad vineā vnde sequit̄: Dicit ei:
Te t vos in vineā meā RABA. Postē aut ope
ris diurni ratio reddita est ad remuneratōis temp⁹
opportūnū dīcit: Lū aut sero factū eset. hoc ē cur
dies toti⁹ mūdi ad vespam cōsummatōis inclinata
eset. CHRY. sup mattheuī: Cōsidera: quia sero nō
alio mane mercedē reddit: ergo adhuc stāte seculo
isto iudicīū est futurū: t vñicuq; merces sua reddē
da: t hoc ppter duas rōes. Pūma est: quia ipa be
titudo futura est merces iusticie: ideo nō ē illo se
culo fir iudicīū sed ante illud. Deinde ante aduentū
diei illi⁹ pīmittī iudicīū: ne videat petores oīcī illi⁹
beatitudine. Sequit̄: Dicit dñs pcuratorū suo. i. fili
us spūlsancto GLO. Vel si voluerit dīcit pater
filio: qui. s. pater opa p filiu t fili p spūlsancto: nō
pter aliquā differētā substātie dignitat̄ ORI.
Vel dīcit dñs pcuratorū suo. i. alicui angelop̄ q̄ pī
mercedes retribuendas est positus: fūe alicui et
multis pcuratorib⁹ fm q̄ scptū est: Sub curatōis
t tutorib⁹ esē heredē in tpe quo pīmūl̄ REM.
Vel dñs iesus christ⁹ ipse est paterfamilias t vine
pcurator: sicut t ipse est t osium t ostiarū. Ipē
enī est ventur⁹ ad iudicīū et vñicuq; reddit fm q̄
gessit. Vlocat ḡ oparios t reddit illis mercedem: q̄
dēs cōgregabūt in iudicīū: vt vñusquisq; accipit
fm opa sua ORI. Primi aut opari testumorum
babēres pīdē nō accepūt dei pīmissione p nobis
aliquid meli⁹ pīspīcīte patrefamilias: et nō sine no
bis pīficiāt. Et quia mīam cōsecuti sum⁹ pīmī mer
dē speram⁹ accipe q̄ sum⁹ christi: post nos aut q̄ au
te nos opati sunt. t ideo dī: Vlocat oparios t reddit
illis mer. suā: inci. a nouis. v̄sq ad pīmos CHRY.
sup mattb. Semper enī libētī? aliquid dām⁹ illis q̄ pī
gratīs donām⁹: q̄ pī solo nostro honore donamus
Ergo omnib⁹ sanctis de⁹ reddit̄ mercedē iust⁹ offē
dit: gētib⁹ aut dās misericors: dicēte aplo: Hentes
aut sup mīam honorare dñi. t ideo dī: Incipēt a
nouissimis v̄sq ad pīmos. Aut certe et oīdat dñs
inestimabile mīam suā pīmī nouissimis t indigno
rib⁹ reddit̄ mercedē: postea pīmis. nimia enī mīa et
dīne nō asperit AVG. de spū t littera: Vel sō
velut pīores reponunt minores: q̄ minores dilatīt̄.
Sequit̄: Lū xenissent aut qui circa undēcimā horā
venerat GRE. Fundē denariū accepīt q̄ labou
uerūt ad undēcimā quē expectauerūt toto celo
rio qui laborauerūt ad pīmā: q̄ equalē vite retribu
tōem sortiti sunt cū his qui ab initio mūdi vñcī
fuerat bi q̄ in fine mūdi ad dñū vñcīt̄ CHRY.
sup mattb. Nō aut iniuste: nā t qui in pīna pī
culi natus est: t non amplius viri q̄ statutū tem
pus vite t quid illi nocuit si post illi⁹ exitū mundus
sterit: t qui circa finē nascitur non minus vñcīt̄
q̄ dies qui numerati sunt eis: t quid illi⁹ pīdet ad
compendiū laboris si cīro mūdū finitur cū pīlōm
vite sue compleat̄ ante mūdū. Deinde nō ē i bo
mine quādo nascīt̄ pīus aut postea: sed pītāis vñcīt̄

Nec ille quidē sibi priorē debet locū defendere: qui p̄ius nat̄ est; nec ille st̄ēptibl̄or debet esse q̄ postea Sequit̄. Et acc̄l murm̄. aduer. patr̄sa. dicētes. Si aut̄ verū ē quod dicit̄: quia p̄mi t̄ posteriores tps suū virerūt t̄ nō ampli⁹ neq̄ min⁹: t̄ vnicin⁹ mors suū cōsummatio ip̄i⁹: qd̄ est qd̄ dicūt: Porrauius pond⁹ diei t̄ est⁹. qz. i. magna est nobis virt⁹ ad faci endi iusticiā cognoscere ppe esse finē mūch. Unde t̄ ch̄rist⁹ nos armās dicebat. Appropinq̄bit regnū celoz. Illis aut̄ infirmatio erat scire mūdi spacta eē longiqa. q̄uis ergo nō p̄ omne seculum vixerit: n̄ toti⁹ seculi grauamina p̄tulisse vidēt: aut̄ p̄d̄ toti⁹ us diei oicit onerosa legis mādata: estū aut̄ vētē et roris tētātēm quā cōflabāt sp̄s maligni i eos ad emulatōem gentiū eos irritatēs: a q̄b⁹ oib⁹ gēt̄les k̄beri extiterūt ch̄risto credētes: t̄ p̄ compēdū ḡse ac̄ plēnu⁹ saluati⁹. GREGO. Uel pond⁹ diei t̄ estus ferre eē p̄ lōgoris vite tpa carnis sue calore fatigari. Sed p̄t q̄ri quomodo murmurare dici sunt q̄ ad regnū vacant: celoz etenī regnū null⁹ q̄ murmurat accipit: null⁹ q̄ accipit murmurare p̄t. CHRY. i home. Nō aut̄ oīz eā que i parabolā sūt fm̄ totū qd̄ dī investigare: sed itētōem ppter quā cōposita est in telligere: t̄ nihil ultra scrutari. Nō ergo inducit h̄ vt ostēdat aliquos eē iuividia mōslos: sed vt oīdat bos tāto portos eē honore q̄ t̄ iuividā alijs poterant generare. GREGO. Uel quia antiqui p̄s v̄sq̄ ad aduētū dñi q̄stūlibet iuste vixerāt: ducti ad regnū nō sunt eoz bocīpm murmurasse. Nos autē qui ad vndēcimā venim⁹ post labore nō murmuramus: qz post mediatoris aduētū in hoc mūdo venientes. ad regnū ducimur mōx vt de corpe eximus. GLO. Uel om̄is retro vocatio gētibl̄ iuident: t̄ in enāgeliū torqueſ grā. HYLA. Et fm̄ insolentiaz populi iam sub mōse & tūmacis hoc murmur opātūm est. Sequit̄. At ille respōdēs vni eoꝝ dicit: Amice: nō facio tibi iniuriā. REMI. Per hūc vnu⁹ p̄t intelligi om̄es qui ex iudeis crediderūt: quos amicos ppter fidē nominat̄. CHRY. sup mattheū: Nō aut̄ dolebat̄ quasi defraudati de mercede sua: sed quia illi ampli⁹ q̄s merebās accepérāt. Sic. n. do- lent iuividū quādo alteri aliquid addid̄s quasi eis sub strabāt. ex quo patet q̄ ex vana gloria nasci iuividia Ideo. n. dolet eē secūd⁹: quia desiderat eē p̄t: et iō iuividie motū remonet vices: Nōne ex denario cōuenisti meci⁹. HIE. Denari⁹ figurā regis habz. Recipisti ergo mercedē quā tibi pmiserāt: hoc est imāginē t̄ similitudinē meā: qd̄ queris ampli⁹: t̄ nō tā ip̄e pl⁹ accipe q̄s alium nihil accip̄c desideras. Tolle qd̄ tuū est t̄ vade. REMI. i. recipe mercedē tuā: t̄ vade in gloriaz. Volo aut̄ t̄ huic nouissimo. i. gētili populo dare fm̄ meriti: sicut t̄ tibi ORI. Forstā aut̄ ade dicit̄: Amice nō facio tibi iniuriāz: nōne ex denario cōuenisti meci⁹: tolle quod tuū est t̄ vade Tuū est sal⁹ qd̄ est denari⁹. Volo aut̄ vt huic nouissimo dare sicut t̄ tibi: nō incredibl̄ p̄t q̄s arbitra ri hūc nouissimū esse apl̄m paulū: q̄ vna hora op̄atus est: t̄ s̄l̄ om̄es qui ante eū fūerunt. AVG. de sancta virgi. Quia vero ip̄a vita eterna p̄iter erit om̄ib⁹ sancti egl̄is denari⁹ oib⁹ ē arbitra⁹ q̄ ē om̄iū merces. qz vō in ip̄a vita eterna dīsc̄te fulgebūt lumina meritorū: multe māsiōes sunt apud p̄m; ac i-

denario quidē impari nō viuet aliue plixius. in ml̄tis aut̄ māsiōib⁹ honorat̄ a li⁹ alio clarius. GRE. Et quia ip̄a regni p̄ceptio ei⁹ est bonitas voluntatis recte subiugif̄. Aut̄ nō lic̄z mihi qd̄ volo facē. Stulta. n. est questio bonū cōtra bonitatē tei murmurare. Conquerēdū quippe eset nō si dat qd̄ nō debet: sed si non daret qd̄ deberet. vnde apte subditur: Aut̄ ocul⁹ tu⁹ neq̄ est: quia ego bon⁹ sum. REMI. p̄ oculū. n. vult intentōem intelligi. Iudei nāq̄ neq̄ habuerūt oculū. i. intentōem malā: qz de salutē gentiū dolebat̄. ad quid aut̄ sensus huīus pabole tēdat̄. manifestat cū subdit̄. Sic erit p̄mi nouissimi t̄ nouissimi p̄mi: eo. l. q̄ iudei de capite veritātis in caudā: t̄ nos de cauda mutamur i caput. CHRY. sup matth. Aut̄ ideo p̄mos dicit nouissimos: et nos uissimos p̄mos nō vt nouissimi digniores sint q̄s p̄mi: sed vt coequēt t̄ nulla sit inter eos differētia tēpis causa. Qd̄ aut̄ dicit: Null. sūt yo. pau. ve. electi Nō ad supiores p̄tinet sed ad gētes: q̄n ex ip̄is gētibus q̄ multi vocati sunt: pauci sunt eligēti. GRE. Ad fidē. n. plures veniūt: t̄ ad celeste regnū pauci p̄ducūt: pleriq̄. n. dei vocib⁹ sequūt̄: morib⁹ fugiunt Et hoc ergo duo pēsare debemus. Primū est vt de se q̄s mīme p̄sumat: qz zī iā ad fidē vocat̄ ē: vtrū ad regnum eligēd̄ sit nescit. Secūdū vō est vt vnu⁹ quisq; primū suū quē iacere in vitiis cōspicit: despārenō audeat: quia diuine mis̄e diuitias ignorat. Ut aliter: Mane nostrū puericia est. hora tertia adolescētia intelligi p̄t: quia quasi iam sol in altū pficit: vñ calor: etatis crescit. Tertia aut̄ iuinet̄ est: qz velut in cōtro: sol figit dum in ea plenitudo roboris solidae. Nona autē senect̄ intelligif̄: in qua velut sol ab alto axe descendit: quia etas a calore iuuentis de ficit. Undēcima vō ē ea etas: q̄ decrepita l̄ veterana vocat̄. CHRY. i. home. q̄ aut̄ nō om̄es simil cōdūt̄: sed alios mane: alios hora tertia: t̄ sic de alijs ex differētia mētis eoz p̄cessit. Tūc. n. eos vocauit: quādo erāt obituri. nam t̄ latronē vocauit: quādo obitur̄ erat. Si aut̄ dicāt: quia nemo nos cōdūxit: si cui dictū est: Nō oportet oīa scrutari q̄ in pabolis sunt. Itē hoc nō dicit: dñs sed oparij. qz. n. ip̄e om̄es q̄tū ad se p̄tinet a p̄ma etate vocet significat cū dī: Erūt p̄mo mane oparios cōducere. GRE. Qui ergo v̄sq̄ ad vltimā etatez deo viuere neglexerūt: v̄sq̄ ad horā vndēcimā ociosi steteterūt: t̄ tamē tales p̄terfamilias vocat̄: t̄ pleriq̄ ante remunerāt̄: q̄ p̄ius ad regnū de corpe exēt̄: q̄ hi qui modo in puericia vocati esse videbant̄. ORIGE. Nō aut̄ diceatur: Quid bic statis tota die ociosi: his qui spū insipiētē carne & similiū: si postea regredi volūt vt itez spū viuāt: qd̄ nō dicim⁹ dissuadētes ne ad domum paternā reuertāt̄: lascivi filii qui viuendo luxuriose enāgeliē doctrine substātiā & simperūt̄. Sed q̄n nō files sunt eis qui peccauerūt in iuuentute sua dū nō adhuc didicissent que fidei erāt. CHRY. i. ho. Qd̄ aut̄ dicit: Erūt p̄mi nouissimi t̄ nouissimi p̄mi: eos occulte iſinuat q̄ a p̄ncipio claruerūt: t̄ postea virtutē st̄epserūt: et rursus eos q̄ a malicia reducti sunt t̄ multos supercesserūt. L̄ oposita est ergo hec pabola vt eos audidores facēt: q̄ i vltia senectute cōuertunt̄: ne estimarēt se min⁹ aliqd̄ habituros.

Et ascēdens iesus h̄ierosolymā

~~Mattheus~~

assumpsit duodeci discipulos secreto: et ait illis: Ecce ascendimus hinc solymam: et filius hominis tradet principibus sacerdotum et scribis: et comedunt eum morte: et tradent eum gentibus ad illudendum: et flagellandum: et crucifigendum: et tertia die resurget.

CHRY. in home. Dominus a galilea veniens non repete hierosolymam ascendet: sed plus miracula fecit: phariseos constituit: et discipulos de vite prefecto et remuneratoe instruit: nunc ascensur hierusalē: rursus eis de passione loquitur. **nde dicit.** Et ascet. ie. hiero. assūduodecim. disci. secreto. **ORI.** In. xii. adhuc erat et iudas. adhuc. n. fonsitan dignus erat cum aliis seorsim audire quod passus erat magis. **CHRY.** sup matth. **N**isi autem sal hominum in christi morte posita est: nec est aliquid propter quod magis deo grās agere debeamus: quod propter mortem ipsius. Ideo. xii. apostolus in secreto mortis sue annunciat mysterium: quod semper preciosior thesaurū in melioribus vas includit. Si autem alii audissent passionem christi futurā: viri fortis turbarebant propter firmitatē fidei: et mulieres propter mollicēs sue nature: et quod in tali negocio ad lachrymas excitari. **CHRY.** in ho. **D**ictū est quod et ad multos: tamen occulte sicut ibi: Solvite tēplū: et signū non dabitis: nisi signū ione prophetæ. Discipuli autem manifeste exposuit dicentes: Ecce ascendi. hierosolymā. **CHRY.** sup matth. **N**on dicit: Ecce vestitū finis est: ut memorie pietatis huius in cordib⁹ recōdat. **D**icit autem: Ascēdam⁹. ac si dicit. **V**idete quia voluntarie vado ad mortem. **L**et gaudet me in cruce pēdētē ne estimet me hoīus ēē tamen: et si posse mori hoīus ēē: velle tamē mori: hoīus non ēē. **ORI.** Hoc igit̄ considerantes scire debemus: quoniam frequenter etiam cogiscētes quoniam et tentationes aliquis subiuri sumus: nosipos offerre debemus: sed sū pra dictū ēē. Si quod vos pescutuerit in una ciuitate fugite in aliā. sapiētis in christo est: ut cognoscat quod tempus erigit declinatōnem: quod obuiatōnem piculorū. **HIE.** Crebo autem de passione sua discipulus dixerat: sed quod multis in medio disputatus poterat labore memoria quod audierat: itur hierosolymā: et secū ductus rus apostolus ad tētatiōm eos patet: ne cum yeniat pescutio et crucis ignominia scādalizentur. **CHRY.** sup matth. Tribulatio. n. cū supuenerit expectatib⁹ nobis le uīo inuenies quod ēē futura si repentina venisset. **CHRY.** in ho. Predicit etiam eis ut discit: quoniam prius ad passiōm venit et volēs: sed a pīo quod ēē morte p̄dixit eis solā: qui autem exercitari sunt adducit alia. s. quoniam tradidit eum gētib⁹. **ABA.** Tradidit. n. iudas dñs indecis: et ipi tradiderunt eum gētib⁹. i. pilato et p̄tati ro manoꝝ. **J**o autem dñs ēē mūdo noluit. p̄spari sī grauia pati: ut ostendat nobis quod ad delectationē cecidim⁹: cuius quā amaritudine redire debeamus: vii seq̄. Ad delū. et flā. et crucifigendum. **AVG.** xviii. de ci. dei: Passione ostendit quod sustinē p̄ veritatem. resurrectōe ēē spāre in trinitate debeamus: vii dicit: Et ter. oī. re. **CHRY.** in ho. Que quod huius ḡra dicit: ut cū tristia viderint: resurrectōe expectarēt. vii subdit: Et ter. oī. re. **AVG.**

.iii. de ci. dei: Una. n. mors. s. salvatoris sūm corpus duob⁹ mortib⁹ nostris saluti fuit. s. aie et corporis: et una ei resurrectio duas nobis resurrectores p̄stūt. **T**unc autem rō simplici ad duplū: quod quā in triario numero vnu q̄pp̄ et duo tria sunt. **ORI.** Dic autem nō refutat discipuli dixisse aut fecisse aliquid: cū audissent ista hec christi futura recordantes quod omnis duxit ad p̄trū: ne audiāt talia vel peiora. et nūc quā quā omnia las scire se arbitrat̄ scribe: adēnat ielūz morte et lūguis suis flagellat̄: et crucifiguit eū p̄ hoc quod tollit doctrinā ipsius. Ille autem paulū deficiens: surgit apparēbis qui accepit posse videre.

Tunc accessit ad cū mī filioꝝ zebē dei cū filiis suis adorāt et petet aliquid ab eo. **Q**ui dixit ei: Quid quis? **A**lit illi: dic ut sedeāt hi duo filii mei unū ad dextrā tuā: et unū ad sinistrā ī signo tuo. **F**īdēs autem ielūz dicit: Re scitis quid petatis. Potestis bibere calicē quā ego bibitur sūr. **D**icit ei possim⁹. **A**lit illis: Calicē quād meū bibetis: sedere autem ad dextrā meā vel sinistrā nō est meū dare uobis: sed quib⁹ paratu⁹ est a patre meo.

HIE. Quia p̄ oīa dixerat dñs. **E**t cītīa die regnū putauit mī p̄ resurrectōem illico regnūt: et audiret semina: pītia cupit: imēmo futurō. vii. **T**unc accessit ad eū mī filiū zebē. cū fi. suis **CHRY.** sup matth. **I**hec mī filioꝝ zebēdei ē salōme: cū apud altep̄ euāgelista ponit nōmē vere pacificāq̄ vere filios genuit pacis. **D**agna laus mulieris et hoc loco colliguntur: quod nō solū filii reliquunt p̄m: sed ipsa reliquat virū suū: et secuta fuerat christū: quod ille sine illa vivere poterat: ista autem sine christo salua ēē nō poterat nisi forte quod dicat: quod infra temp̄ vocatōis apostolus et passiōis christi: mortuus ēē zebēde: et sic illa seguuntur ḡlis erat defecta: christi vestigia sequebat̄: quod fides nūc senscit: et religio fatigatōnē nō sentit. **D**acē autem fecerat eā ad pētēdū nature affectū. vii. **A**dorāt et petet aliquid ab eo. i. renētia exhibita pētū: ut quod petierit sibi dē. **Seq̄:** Qui dicit ei: q̄d nō nō interrogat quā nescies: sed ut illa exponēt mīst̄ filii faceret irrationabile ēē pētēdū. vii subdit. **AVG.** de cō. cū. **E**t autem hoc p̄ mīrem dīctū ēē mattēb⁹ ep̄psie: mārcus ipos filios zebēdei p̄hibet dīxisse: cū illa illo p̄tētātē attulisset ad dīctū: vnde magis ipos cū illam cūrisse quod dīctū ēē: mārc⁹ breuiē itumauit. **CHRY.** in home. Videlbat. n. seipsoſ honoratos p̄ alios et audiērāt: quod sup. xii. thronos sedebitis. vnde pīnatū ipsi cathedre pētēbat accipe. **E**t quod p̄tēbat alios honoratos apud christū habebat nouerāt: timebat vero patrem sibi p̄ferri. vnde et alii euāgelista dicit: quod p̄tēbat vero patrem hierusalē: pītabat quod regnum dei esset in ianuā. s. aliū quid sensibile. **U**nde manifestū est quod nihil sp̄tiale pētēbat: nec intelligētia supioris regni habebantur. **ORI.** Si. n. in regno mīdiali in honore cītīa vidē.

tur qui sedet cui rege; non fuit misericordia mulierum simplicitate vel impunitia talia se debere petere estimauit; et ipsi fratres adhuc imperfecti: et nihil altius cogitantes de regno christi talia arbitrii sunt de his qui se debent cui iesu. **CHRY.** sup matthei. **Vel** aliter: Non dicimus quod recte peteret hec mulier; sed hoc dicimus: quia non terrena sed celestia filii suis oprobavit. non sentit sicut ceterae matres que corpora natorum suorum amant: animas autem coteneant. desiderant illos valere in seculo isto: et non curant quod sint passuri in illo: ut ostendat quia corporum sunt parientes: non animarum. Estimo autem quod hi fratres cum audissent dominum de passione ac resurrectione sua prophetate: ceperunt dicere intra se eum fidèles: **Ecce rex celestis descendit ad regna terrae: et regem mortis destruat.** Cum autem Victoria fuisset summata: quid aliud restat: nisi ut regni gloria subsequatur. **ORI.** de structo ei peccato: quod regnabat in corporibus mortalibus hominum et omnium principatus malignorum virtutum: eminentiam christi in hominibus christus recipit: quod est ipsum sedere in sede glorie sue. quod autem omnia de facit ad dextram et sinistram: hoc est ut iam nullum malum sit ante eum. et qui quidem precellunt per ceteris appropriantibus christo: sunt a dextris eius: qui autem inferiores sunt a sinistris sunt et us. Dextram autem christi vide si potest intelligere inuisibilē creaturā: sinistram autem visibilē et corporealē. **Appropinquatum.** n. christo quod dā dextram sortiū et intelligibilia: alij sinistram et sensibilia. **CHRY.** sup matthei: Qui autem seipsum donauit hominibus: quomodo regni sui societatem non donabit: Peteris negligētia reprehēdit: ubi de dātis misericordia dubitat. Si nos rogamus magistrum: forsitan ceteros fratrum corda concutimur? Et si n. vinci a carne non potest quasi iam spirituales: tamē percuti potest quasi adhuc carnales. ergo submittamus matrem nostram: et suo nomine deprecemus pro nobis. Si n. reprehēbilis intenta fuerit: facile membris venia: ipse n. servus excusat errorē. Si autem non fuerit importuna: faciliter impetrabit mater pro filiis suis rogans. Ipse n. dominus qui nō mos animos filiorum miserat: et impletuit: faciliter excedet mater non affectu: tunc dominus occultorū cognitorū: non ad verba intercedētis mulieris respōdit: sed ad consilia suggerētiū filiorū. Bonū quidē erat eorum desiderium: sed in considerata petitio. ideo tū si impetrare non debeat: simplicitas tamē petitōis eorum confundi non merebat: quod de amore domini talis petitio nascebat: ppter solam ignorantiam in eis dominus reprehēdit. **Vnde sequitur:** Respondeat autem iesus: Nesci, quod petatis. **HIERO.** Nec mirum si ista arauat: cu et de petro dicat: Nesciēs quod diceret. **CHRY.** sup matthei: Nam frequenter dominus patris discipulos suos aliquid non recte aut discere aut agere aut cogitare: ut et illos culpa occasione imminuat exponēdi regulā pietatis: sciens quia error eorum non nocet ppter mecum: et non solū in presenti: sed etiam in futuro doctrina ei edificat. **CHRY.** in home. Hoc autem dicit osiris quod vel nihil spiritale petebat: vel si non essent quod petebat: non autem fuisse tū quod petere quod supercedit superiores étutes. **HYLA.** Nesciūt etiā quod petat: quod nihil de gloria apolorum abigēdū erat: iudicaturos. n. eos fīmo superiorē exposuit. **CHRY.** sup mat. v. Nesciēs quod petatis. q. d. Ego vos vocauī ad partē dextram de sinistra: et vos vero consilio currit: ad sinistram: ideo forsitan per mulierē res

agebat. **L**ötulit. n. se diabolus ad consueta arma mulieris: ut sicut adā per mulierē spoliariunt: ita et istos separaret per inrem. sed iam non poterat per mulierē pītio ī troire in sanctos: et quo de muliere salūcūtio pīces sit. **Vel** ideo dicit: Nesciēs quod petatis. **N**ō. n. solū debemus cogitare quale glām secessimus: sed quod eum dam ruinā peccati: quod in seculari bello quā semper pīda victorie cogitat difficile vicit: ideo petēdū erat da nobis auxiliū ḡe tue ut omne malū vincamus. **TRABA.** Nesciebat etiā quid peteret: quod sedē glorie a dōni quā nōdūz merebāt inquirūt. Delectabat eos culmē honoris: sed pīus hēbāt exercere viam labo. is. vñ subdit: **P**o bi. cali. quē ego bibi. sū. **HIE.** **C**alicē in scripturis diuinis passionē intelligim⁹: ut in psalmo: **C**alicē salutaris accepī. statimq; infert quis iste fit calix: **P**reciosa in cōspectu dñi mors saeculorū eius. **CHRY.** sup matthei: **S**ciebat autem dñs quod passionē ipī poterat imitari: sed id interrogat ut vides audiam⁹: quod nemo potest eum christo regnare: nisi passio domini christi fuerit imitator: res. n. preciosa nisi pīcio non copiat. **P**assionē autem dñi dicim⁹ non solū pīsecus tōem gentilium: sed oīem violētiā quā patimur contra peccata certātē. **CHRY.** in home. **Dicit g.** **P**otestis bibere. **A**c si. d. **C**los mibi de honore et coronis loquimini: ego autem de agonib⁹ vobis et sudorib⁹: non. n. hic est pīmīus tps. Ex modo autem interrogationis eos attrahit. nō n. dixit: **P**otestis sanguinem vīm eſſ fundere: sed **P**otestis bibere calicem. **E**vide addit: **Q**uē ego bibitur sum. **REMI.** Ut et cōmunione ad ipsum audiōres fuit: at illi qui iā martyrii libertatem cōstantiaḡ retinebāt: bibituros se pollicēt. vñ sequit: **D**i. ei possum⁹. **CHRY.** sup matthei. **Vel** dicit hoc nō taz ex fiducia sue fortitudinis quod ignorātia: In erptis. n. leuis videt esse tētatio passionis et mortis. **CHRY.** in home. **Vel** hoc er desiderio pīmittit. Neq; n. hoc dixissent nisi expectassent audire quod petebāt. **D**nis autem eis prophetat magna bona. i. martyrio dignos efficiēdos. **S**equit: **A**it il. **C**ali. qui. me. bibetis. **ORI.** **N**ō itaq; rūdūt chris⁹. **C**alicem meū bibere potestis: sed ad futurā eorum pīfectōem respiciens dixit: **C**alicē quādē meū bibetis. **HIERO.** Querit autem quod calicē martyrii filij zebedeti: iacobū videlicet et iohannes bibet: cū scripture narret iacobū tū aplū ab herode capite trūcatū: iohes autem pīpīa morte vīta finierit. **S**ed si legim⁹ in ecclesiastica historia quod iohes ppter martyriū sit missus ī fernētis olei dolū et relegat⁹ ī patibmos ī insulā sit: videbī mus martyrio aīm nō defuisse: et bibisse ichannem calicē confessōis: quez et tres pueri ī camīo ignis biberūt: et pīcutorū nō fuderit sanguinem. **HYLA.** **D**nis ḡ collaudāt eorum fidē ait: martyrio quod est eos cōpari posse: sed leue ei⁹ ac dextre assidē alius a deo patre fuisse dispositū. vñ seq̄t: **S**ede. autem ad dext. meam. **E**t quodē q̄tū arbitramur: ita honor iste alius ē refutatus: quod tū nec aplū ab eo erūt elici: q̄ i. xii. patriarcha se de cōfīdētes: israelē ī dīcātūt. et q̄tū sentire et ipsi euāgelijs l; ī regno celorum moyses et helias assidebūt quod comitātib⁹ cū glīe sue habitū ī monte apparuit. **HIE.** **S**ed mihi h̄ neq; vides: si id sedētū ī regno celorum vocabla nō dicunt ne pauci noīas cēti putarēt exclusi. regnū. n. celorum nō est tū dātis: sed accipiēt. **N**ō ē pīsonarū acceptio apud deūt: sed quicquid talē

Mattheus

se prebuerit ut regno celorum dignus fias; hic accipiet quod non persone; sed vite paratus est. Si itaque tales estis qui consequamini regnum celorum quod pater meus vicitur; vos quoque accipietis illud. Ideo tamen non dixit: Non sedebitis, ne duos confundederet; neque sedebitis, ne ceteros irritaret. **CHRYS.** in homine. Uel aliter: Vides communis omnibus esse locum ille non solum hominibus: sed etiam angelis, sic enim principium virginis ponit id paulus dicendo: Ad quem autem angelorum dixit vobis: Sed a deo meis. Dominus non quasi existet inter nos qui assessori sunt: sed condescendens interrogantibus suspicitor respoudit, hoc enim vobis solum querebat pre alijs stare apud ipsum. Sed dominus respondet: Non venimini quidem propter me non tamquam sufficit vos facere primum ordinem obtrahere. Si non aliquis alius venerit cum martyrio: amplior rem virtutem possidet: non quia vos amo illum expellam: et vobis dabo premium: Propter hoc autem ut non interficiamus eum ostendam: non dixit similiter: Non est meus dare sed Non est meus vobis dare: sed quibusdam paratus est, his, scilicet ab operibus possunt fieri clari. **ORIGE.** Uel aliter: Non est meus dare vobis, scilicet superibus talibus quales vos estis: sed humilibus cordis: quibusdam paratum est a patre meo. **AVGV.** primo de trinitate. Uel aliter Secundum formam scripti discipulis dominus responderet: Sedere autem ad dextram regis. Quod autem paratus est a patre ei: et ab ipso filio est patens: quod et ipse et per vobis sunt. **L**et audientes occidit indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem uocauit eos ad se et ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum: et qui maiores sunt potestate exercet iter eos. Non ita erit inter nos. Sed quoniam uoluerit inter nos maior fieri: sit uerus magister. Et quoniam uoluerit inter nos primus esse: erit uerus filius. Sicut filii hominis non uenit ministrari sed ministrare: et dare animas suam redemptio ne pro multis. **CHRYSOS.** in hominem. Donec christi sententia incerta erat non tristabant alii discipuli: sed tunc tristati sunt quando eos increpauit, unde dicitur: Et audientes, et indignati sunt de duobus fratribus. **HIE.** Non ad multe audacia referunt postulatim: sed ad filios quoniam ignorantes per mensuram suam non modica cupiditate exarserunt. **CHRYS.** in hominem. Intellererunt enim quia hec petitio discipulorum fuit quando eos dominus increpauit. Quando autem eos a domino per honoratos viderunt in transfiguratione: tunc fuisse mentez dolebat: in mediis efferre non audebat honoratus deo et ceterum. **CHRYS.** super mattheum: Sicut autem duo carnaliter perierunt: ita et carnaliter contristati sunt, nam velle quidem esse super omnes vitupabile est: sustinere autem alium super se minus est gloriosum. **HIE.** Humilis autem magister et misericordia nec cupiditatis duos arguit postulantes: nec et reliquos indignationis increpat et linoris, unde sequitur: Iesus autem uocauit

eos ad se. **CHRYS.** in hominem. Quia non turbati erant: vocatōne eos solat de, propterea eis loquēdo, tamen duo a societate, et scipios separantes, prius stabat leonis sum domino loquētes: non tamquam plus pueros in mediis ducens eos consolans: sed a contrario infernit et cens. Scitis quia principes gentium dominatur eorum. **ORIGE.** i. non contenti tamen regere suos subiectos: violenter eis dominari intitulur: inter vos autem quisquis mei non erunt hec, quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita: spiritualia autem in voluntate: sic et qui principes sunt filii spirituales: principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus: non in timore corporali. **CHRYS.** in hominem. Ostendit autem in hoc quod genitale est paternus cupere: et sic gentium comparatio eorum aiam etiam etiam tem cōuertit. **CHRYS.** super mattheum: Et opus quod desiderare bonum: bonum est: quia nostra voluntas est: et nostra est mercede, prius autem honoris concupiscentia vanitas est: hoc non cōsequi iudicium dei est: propter quod et prius honoris nescimus: si mercede inustice memoremur. Neque non apostolus laudet apud deum quia apostolus fuit: sed si opus apostolatus sui bene implevit: nec apostolus per merito suo antecedenti honoratus est ut esset apostolus: sed ad hoc ministerium aptus est iudicatus: fuit motu aie fuit. Primitus et fugientem se desiderat: et desiderante se honorat: cōuersatio ergo melior desiderata est: non tamen gradus. Uoles ergo dominus uox fratrum sed beati et aliorum indignationem extingueret: introducit differentiam inter principes mundiales et ecclesiasticos ostendens quia primus in christo non ab aliquo appetitus est non habet: nec alteri inuidet: sed habet quia principes mundi ideo sunt ut dominentur mundis suis: et eos seruituti subiecti et expoliati: et res ad mortem eis utantur ad suam utilitatem et gloriā. Principes autem ecclesie sunt ut serviant minoribus suis: et ministerient eis quecumque acceperunt a christo: ut suas utilitates negligant et illos percirent: et mori non recurrerent pro salute inferiorum. Primitus ergo ecclesie concupiscere negat istud est neque utile. Quid non sapiens uult ut se obijcere seruituti et piculo tali: ut oer rationem per omni ecclesia: nisi forte qui non timet dei iudicium abutitur primatu suo ecclesiastico seculariter: ita ut convertat illum in seculariter. **HIE.** Denique sui potest exempli ut si dicta pueripederetur erubet et ad opa. vi subiret. Sicut filius homo non uult ut ministrare. **ORI.** Nam tamen angeli et martyra ministraverunt ei: tamen non uenit ut ministret sed ut ministret: et tamen crevit ministerialis: et impleres quod sequitur: Et daret aiam suam redditionem per multis. scilicet quoniam crediderunt in eum: daret in quantum in morte. Sed quoniam solus erat inter mortuos liber et fortior omni potestate mortis: omnes sequi se volentes liberauit a morte. Ecclesiastiq ergo principes iniurari debet christi accessibilis: et mulieribus loquenter: pueris manu imponentes: et discipulis pedes lanatiem et ipsi filii faciat fratribus. Nos autem tales sumus: et cum principiū mundi excedere videamus superbia: vel non intelligentes et cōscientes mādātū christi: et querimus si cut reges acies precedentes: et terribiles nos et excessu difficultate maxime paupib⁹ exhibem⁹: nullā affabilitatem habentes: vel habere ad nos permittentes. **CHRYSO.** in hominem. Quantūcumque ergo tu huius militatus factus: non poteris tantum descendere quam dominus tuus.

Et egrediéti illis ab hierico se cuta eū turba multa. **E**t ecce duo ceci sedétes sec' niā: audierūt qz iesus trāsiret: et clamauerūt dicétes: **D**ñe miserere nři fili dñuid. Turba autē i crepabat eos ut tacerent. **A**t illi magis clamabant dicétes: **D**ñe misere re nři fili dñuid. **E**t stetit iesus: et uocauit eos et ait: Quid uultis ut faciam uobis? **D**icūt illi: **D**ñe ut apian tuz oculi nři. **D**isert' autē eoz iesus tetigit oculos eorū. **E**t cōfestim uiderūt: et secuti sunt eum.

CHRYS. sup. matth. **H**ic testimonii studiosi agri cole ē messis secūda: ita assidui doctoris ē p̄dicādo eccl̄a plena. vñ et h̄ dñ. **E**t egre. il. ab hieri. secu. est eū tur. mul. **N**eminē laborz itineris ipediuit: qz amor spiritualis fatigatōem nō sentit. **N**eminē possessionuz suaz recordatio retraxit: qz ingrediebāt in possessio ne regni celestis. **I**cre enī nō h̄z sup terrā qd̄ amet: q̄ bonū celeste i vitate gustauerit. **O**pportune at ob lati sūt an̄i faciez christi duo ceci: vt aptis oculis q̄si testes v̄tutis ascēderēt cū eo i hierlm̄. vñ seq̄: **E**t ec ce duo ceci. **D**i currētū strepitū audiebāt et plonas nō videbāt: nūl solutū h̄ntes de toto corpe nisi v̄o cem. **E**t iō qz pedib̄ eū seq̄ nō poterant: voce seque banē. vñ dñ. **A**udi. qz iesus trās. et clama. dicen. **D**ñe misere nři fili dñuid. **AVG.** de cō. enā. **H**oc autē sc̄m mare? **M**emorat: h̄z de vno ceco fñ. **Q**ue ita soluit q̄stio. nā duoz cecoz quos mattheū interpsouit: vñ fuisse i illa ciuitate famosissimū: ex h̄z satis apparet qz et nomē ei? et p̄fis ei? m̄arc? **M**emorauit. **B**arthime? **n. t**imei fili? ex aliq̄ magna felicitate veiect? notissime fuit q̄ nō solū cec: v̄ez et mēdic? sedebat. **D**ic ē ḡ qz ipm̄ solu voluit **M**emorare marc?: cui? illuminatio tā clarā famā huic miraculo spauit: qz erat illi? nota calamitas. **L**ucas v̄o q̄uis oīo eodē mō sc̄m: tī in alio ceco itelligēd̄ est p̄p̄ **M**emorare miraculū. **I**lle q̄ppe hoc sc̄m dīc: cū appropiqr̄t hiericho: alij cū egredēt ab hierico. **S**eq̄: **T**ur. aut icre. eos ut tacerēt. **CHRYS.** sup. matth. **V**idebant enī sordidas vestes: et nō ɔsiderabāt ɔscie claritatē. **E**cce satua sapia bōiū: existimāt enī iniuriā pati magnos si a paugib̄ honorez. **Q**uis enī paup ausus ē vītē publice salutare? **ORIGE.** **V**el silētū n̄ cā honoris exigūt: h̄z qz acerbe a cecis atdiūt qz negabāt. s. dñm̄ eē dñuid filiū. **CHRYS.** **V**el q̄ credides rāt icrepabāt eos: vt nō appellaret eū ɔceptibili nomine filiū dñuid: sed poti? dicerēt: **F**iliū dei miserere nři. **HYL.** **I**mitabant autē magis veriti quā cō p̄secebāt: fides enī q̄i vetaf magi accēdit. et iō i p̄cūlis secura ē: et i securitate p̄cīlīrat. vñ seq̄: **A**t illi magi cla. dicē. **M**is. no. fili dñuid. **P**rimo enī clamabāt: qz ceci erāt. **S**econdo magis clamabāt: qz v̄tabāt ad lumen accēdē. **CHRYS.** i ho. **C**hrist' autē p̄mittebat eos vetari: vt pl' eoz desideriū appareret. **V**ic at disce: q̄n̄ si abiecti fuerim? cū studio accēde

tes ad deū: p̄ nosipso asseq̄mur qd̄ petim? **S**ed et ste. ie. et vo. eos et ait: Quid vul. vt fa. vo. **HIER** **T**o autem stetit iesus: qz ceci quo p̄gerēt ignorabāt. **M**ulte souē erāt in hierico: multe rupes: et pr̄upta in p̄fūdū vergētia: iccirco dñs stat: vt venire possint **ORIG.** **V**el iesus nō p̄transit: sed stat: vt stāte eo nō transiuit bīficū: sed q̄si de fonte stāte: mīficōv dia defluat v̄sq̄ ad eos. **HIERO.** **V**ocari at iubet ne turbe phibeāt: et interrogat qd̄ velint: vt ex mīfōne eoꝝ niā festa debilitas appareat: et v̄tus ex reme dio cogīcat. **CHRYS.** sup. matthe. **V**el interrogabat ppter fidē: vt du ceci christū filiū dei ɔfiterēt: ɔfurāt vidētes qui eū tñ hōiem putant. **D**ñm qdem christū vocauerāt: et v̄ez dixerāt. **S**ed dicētes filiūz dñuid: dissipabāt qd̄ bñ ɔfessi lunt: nā abusivē t̄ ho minē dñi dicunt: vere autē nemo dñs nisi de. **A**ū ḡ dicūt: **D**ñe fili dñuid: abusivē christū fm̄ hōiem hōnorāt. **S**i autē solumō dñm dicerēt: deitatiē ɔfiterēt. **iō** interrogat: Quid vultis? **T**ūc illi iā si dixerūt: **D**ñe fili dñuid: sed tñ **D**ñe. **S**equit̄ enī **D**icūt illi: **D**ñe vt apian t̄ oculi nři. **F**ili? enī dñuid cecos illuminare nō p̄t. **Q**uādiu ergo dixerūt: **D**ñe fili dñuid: suspenſa est sanitas. **D**ox autē vt dixerūt **D**ñe: infusa est sanitas. **S**equit̄ enī: **D**iser. autē eoz iesus teti. ocu. eo. et cōſe. vide. **T**etigit autē vt hō carnaliter: sanauit vt de. **P**restat enī artifex qd̄ natura non dederat: aut certe quod debilitas tulerat misericordia donat. **CHRYS.** i ho. **D**i autē sicut an̄i donationē fuerūt per seuerates: ita et post donatōem nō fuerūt ingrati. **CHRYS.** sup. matth. **B**onū enī mun? obtulerūt xpo sanati. **S**equit̄ enī: **E**t secuti sūt eī. **H**oc enī de? a te requirit fz. p̄phetā: soliciū te ambulare cū dño deo tuo. **HIERO.** **Q**ui ḡ in hierico cōtracti sedebāt et clamare tñ nouerat: postea sequūt̄ ielum: nō tā pē dib? q̄ virtutib? **RABA.** **H**ierico autē q̄ ɔterpreta tur luna: defectū nře mutabilit? t̄ significat. **ORIGE.** **M**ystice autē hierico itelligit mūd? i quo chris̄tus descēdit. **Q**ui autē sūt in hierico exire nesciūt de sapia mūdū: nisi viderit nō solū exētē de hierico: h̄z etiā discipulos ei? **H**oc ḡ vidētes: secute sūt eū turbe multe: mūdū et mūdana oīa ɔtēnētes: vt xpo dūce ascēdat in bierusalē celestē. **D**uos cecos possim? dicere iudā et israel: qui an̄i christi adiūtū ceci fuēt: qz nō videbāt v̄bū v̄ez qd̄ erat in lege et p̄phetis: tñ sedētes sec' viā legi et p̄ph̄az: et fz carnē tñ itelligētes: clamabāt tñ ad eū q̄fcū est ex semie dñuid fz carnē. **HIERO.** **V**el duos cecos pleriq̄ phariseos et saduceos itelligūt. **V**el ali: **D**uo ceci sedentes iuxta viā: significat de vtroq; pplo quosdā iā coherentes p̄ fidē dispēsationi tpalis: fm̄ q̄z christ? via est: et desiderātes illuminari. i. aliqd de vbi eternitas te intelligē: qd̄ trāscētē dño ipetrare cupiebat. i. per meritū fidei q̄ credid̄ filius dei et nat? hō et passus ppter nos. p̄ hāc enī dispēsationē q̄si transit ielus: qz actio tpalis ē. oportebat autē vt tñ clamaret: donec resistētis sibi turbe strepitū vincerēt. i. tā p̄leuerādo animū intēderēt orādo atq; pulsando quousq; cōsuetudinē desiderioꝝ carnaliū: q̄ tanq; turba obstrebit cognitioni lucē vītālē eternē vidēt̄ conati: vt ipaz bōiū carnaliū turbā studia spiritualia ipediētem fortissima intētione superarēt. **AVGV.** de v̄bis dñi: **H**onos enī christianos volētes facere p̄cepta dei.

Mattheus

christiani mali et tepidi phibet: clamat tamen illino de ficiens. cu quicquid christiani cuperit bini vivere: mundus conteneret: in ipsa sui voluntate patif reprobenses frigidos christianos: sed si pseuerauerint ipsi iam obsequetur qui ait phibebat. **AVGV.** de co. euam. Itaque audiens iesus quod pulsanti aperiebat: stans eos tagit et illuminat. quod enim fides incarnationis temporis ad eterna intelligenda nos preparat: transuntemus iesu amoniti sunt ut illuminarentur: et ab eo stante illuminati sunt: templo enim transirent: eterna stat. **CHRY.** sup matth. Quidam interpretans duos cecos gentiles: unum ex chama: aliud ex iaphet: quod secundum viam sedebant. iuxta vitatem oversabant: sed vitatem uenire non poterant: vel fin ronem ubi consistentes: quod noticia ubi nondum acciperat. **RABA.** Agnita autem fama nominis christi participes ei fieri crebantur. sed dicebant multi: primo iudei ut in actibus legimus: deinde etiam gentiles prosecutione stabant: nec tamen eos quod erant ad vitam ordinati: salute praevalebant. **CHRY.** sup matth. Observant autem gentium oculos metus tetigit iesus: dans eis gratiam spissam: quod illuminare secute sunt eum opibus bonis. **ORI.** Et nos ergo sedentes iuxta scripturam viam: et intelligentes in quibus ceci sumus: si ex affectu petierimus: taget oculos ait apud: et recedet a mentibus nostris tenebra ignoratiae: ut eum in scie lumine sequamur quod dedit nobis posse videre: propter nihil aliud: nisi ut eum sequamur. **CAP. XXI.**

Hec cum appropinquassent hierosolymis: et uenissent betphage ad montes oliueti: tunc iesus misit duos discipulos dicens eis: Ite in castellum quod protra uos est: et statim uenietis asinam alligata et pulum cum ea: soluite et adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit dicite: quod dominus his operibus: et profecti dimittet eos. Hoc autem factum est: ut adimpleretur quod dominum est per prophetam dicens: Dicite filij syon: ecce rex tuus uenit tibi in asuete sedes super asinam: et pullum filium subiugalis. Uites autem discipuli fecerunt sicut precepit illis iesus. Et adduxerunt asinam et pullum: et iposuerunt super eos uestimenta sua: et eum desuper fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij autem cedebat ramos de arboribus: et sternebant in uia. Turbe autem quod procedebant et que sequebantur: clamabant dicentes: Osanna filio dauid: benedic qui uenit in nomine domini osanna in excessis. **REMI.** Narrauit superius euangelista dominum egressum

a galilea et cepisse ascendere hierosolymam. Post ergo narrauit quid in via gesserit in icepta iteracione pseuerans dicit: Et cum appropinquasset hierosolymam: betphage viculus fuit sacerdotum: fatus in latere montis oliueti: distans uno miliario a iherusalem. sacerdotes enim qui per certos dies in templo de seruiebant completo officio vicos sue: illic dinierenbant ad manendum. similiter et illi qui accipiebant officium illuc diuertebantur quod preceptum fuit in lege: ut nullus debet sabbatorum plus quam mille passus incederet. **ORIGE.** Unde et interpretatur betphage martharum domum quoniam maxilla propria erat pars sacerdotii in lege. Sed qd: Tunc iesus misit duos discipulos. **CHRY.** sup matth. Non dixit discipulis dicatis: Dismissus opibus: vel dñe vester: ut intelligatur quod ipse sit filius omnis: non solus ait alii sed oium bonum: haec propterea etatione quidem sui sunt: voluntate autem suam diaboli. **CHRY.** in bo. Neque parvum enim existimat quod secundum est: quis enim statim omnis immemor non velle. Id dicere: vel volentes filere et cocedere: et in hoc discipulos erudit quoniam poterat et iudeos phibere: si nolunt sed et docet ut quodcumque petitum fuerit dare. si enim qui ignorabant christum: ita cocesserunt: multo magis discipulos uenientibus oibus dare: quod autem dicit: Et confitum dimittet eos. **CHRY.** sup matth. Intelligendum est quod ait postquam ingressum est in iherusalem ad omnes suum remisit est a christo. **GLO.** Uel omnis iumentorum festini dimittet eos in domini funtio macipades. Adhibet autem huic facto prophete testimonium: ut ap pareat dominum omnia que de ipso scripta erant implieata sed inuidia cecatos scribas et phariseos ea quod ipsi logebant intelligere noluisse. et iohannes sequitur: Hoc autem factum est ut adim. quod dicitur est per prophetam. **Iacob.** **CHRY.** sup matth. Sciens enim propheta malitia iudeorum quoniam dicturi erant christo ascendenti in templum firmare ut per hoc signum cognosceretur regem suum dicente: Hoc te filie syon. **RABA.** Filia syon historialiter uatur iherusalem civitas: que sita est in monte syon. manifestum autem est ecclesia fidelium primis ad supernam iherusalem. **CHRY.** sup matth. Ecce: omnidentis vobis: non carnali aspectu: sed spiritali intellectu opera virtutum et sapientie. Atque ipsa quodque multi dicebant Ecce: ut ostenderetur quod ille de quo loquebatur auctoritas preseretur iam erat. **REMI.** Cum ergo uideritis eum nolite dicere: Non habemus regem nisi cesarem. Uenit tibi. Si intellexeris ut salmeremus non ostenderetur: venit enim te. Mansuerit. Non ut proprieta timere: sed ut propter maiestudinem amarentur: non non sedet in curru aureo pectorale purpurea fulgens: nec ascendit super seruindum equum discordie amatores et litis: sed super asinam trahit illam: et pacis amicis. unde sequitur: Sed enim super asinam et pulum: si subiungitur. **AVGV.** de causa euam. In hoc autem testimonio prophetico aliquis ostenderet est euangelistap locutio. hoc enim mattheus sic adhibebat asinam dicat memorasse prophetam. non aut ista est vel quod iohannes interpretavit: vel codices ecclesiastice interpretationis. lxx. Qui rei causa mihi video quod mattheus hebreorum lingua phibet euangelium inscriptum. Manifestum est autem interpretatorem illam quod dicitur. lxx. in nonnullis aliis se hebreum quod uenit in hebreo: quod eam linguam nouerit: et quod interpretari sunt singuli eosdem libros hebreos. Unde autem distaties causa si quod mihi probabile estimo quia eos lxx. illo spiritu interpretatos: quo et illa quod interpretabatur et